



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 14. Quisnam censeatur diu differre Missam, ad quam obligatur, ideoque peccare mortaliter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

Q. 13. An sit mortale unicam Missam omittere, 154.
 quam quis promisit, vel pro qua accepit parvum stipendium, v. g. quatuor blaffardos. &c. De Missa, quam quis promisit, dixi l. 3. p. 2. n. 775. non esse mortale, ubi addidi, si quis seorsim tribus Missam promiserit, non satisfacere legendo unicam, sed teneri pro singulis unam legere. Quod attinet ad Missam debitam pro stipendio, Fagund. Pelliz. Herinx, Gob. n. 489. Sporer n. 353. negant esse mortale unicam negligere, quia stipendium illud non est materia requisita ad mortale, ex illa autem videtur debere colligi magnitudo peccati. E contra affirmant communius & probabilius alii, quia quamvis stipendium non sit materia tanta, valor tamen Missæ, quâ privatur alter, est maximus, neque stipendium habet se ut pretium æquale Missæ, nam Missa est intrinsecè invendibilis & infiniti valoris, sed Sacerdos, Ecclesiâ indulgente, pecuniam acceptans veluti stipendium pro sustentatione vitæ, absolute se obligat ad opus hoc maximè utile præstandum illi, qui stipendium dedit. Ita Aversa q. 11. l. 18. Steph. n. 72.

Q. 14. Quisnam censeatur diu differre Missam, 155.
 ad quam obligatur, ideoque peccare mortaliter. &c. Led. Villal. Dian. Lugo De Euch. d. 21. n. 34. dicunt, eum non diu differre, qui non ultra 50. aut 60. dies, qui autem ulterius, dicunt differre diu: Pasq. q. 965. dicit vix plus concedi à quocquam, quam tres menses. Si autem ultra terminum concessum adderentur duo vel tres dies, dicit adhuc moraliter pertinere ad hunc terminum: sed Gob. n. 597. Steph. n. 69. Sporer n. 354. rectè dicunt attendendum esse ad circumstantias, præsertim causæ, ob quam Missa petitur, nam

nam pro Defuncto debet minùs differri, quàm pro vivo, cùm defuncto gravissimum incommodum sit, carere levamento in tantis pœnis. Item pro necessitate, quæ non patitur moram, v. g. pro præsentis periculo vel infirmitate adhuc minùs differri debet, ut patet, & ideo *Urbanus* in suo decreto mandat, non plures Missas suscipi, quàm quæ *intra modicum tempus* possint legi.

156. Q. 15. *Quid faciet, qui obligatus est ad pluri-
mas Missas, quas omnes legere non potest.* R. Im-
primis peccavit tot onera acceptando, sed sup-
posito, quòd acceptarit, & stipendia illa con-
sumpserit, ita ut nec per se possit satisfacere,
quia alias Missas legere debet, nec per alium,
quia pecuniam non habet, conari debet satisfa-
cere, quantum potest, v. g. gratis petendo Missas
ab aliis, si speret obtinere, quotidianas Missas
offerendo, ut profint, quantum possunt, illis, à
quibus accepit ea stipendia, applicando his,
quantum licitum erit, partem specialissimam si-
bi competentem, item eisdem applicando alia
opera, v. g. jejunia, orationes, demum etiam
audiendo Missas, eisque applicando fructum.

157. Q. 16. *An Sacerdos possit pro libitu disponere de
illis pecuniis, quas accipit pro stipendiis Missarum.*
R. Posse, quia sunt veluti fructus propriæ in-
dustriæ & laboris. *Nec obstat*, quòd fortè ad ta-
les Missas stipendiaras teneatur ex Capellania
collativa, nam adhuc hi fructus computantur
inter bona quasi patrimonialia, quia acquirun-
tur ratione proprii ministerii, *Sor. Nav. Vasq.
Sanch. Lugo, Diana, Quarti, Henao supra Parer-*
go 30.

158. Q. 17. *Quid dicendum sit de illo, qui accepto
stipen-*

stipen
aut n
Aver
cere
hanc
pro M
& Lu
ceper
est ea
alia M
majo
adde
dicit
fam
per
Miss
pro c
Eccl
S
legen
fam
quæ
tuer
IX. d
causa
præ
S
tio p
certo
à n. 8
de p
conc
lebre
in lo
diatu
T